



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

4. De tempore, quo prophetavit Amos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

eiusdem Sixti V. & Hebræa, quæ loelem Michææ præponunt. Adhæc si 70. interpretēs temporis ordinem sequerentur, & loel primum sub Manasse prophetasset: Ionas Manassen non præcessisset: quod nec aduersarij concesserint. Denique S. Vates affluente prophætico splendore, potuit æquè clarè Ierolimorum euerfionem, ante cladem Samariæ, quam posteam præuidere, & ad viuam repræsentare. Itaque arbitror loelem sub Ozia, viuo adhuc Ieroboamo II, ante Amos vaticinari cœpisse, vt iam num. 3. ex S. Hieronymo referrebam.

QVÆSTIO IV.

De tempore, quo prophetauit Amos.

1. Errum est eum prophetaſſe, in diebus Ozia regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael ante duos annos terra motus. Amos 1. v. 1. Et rarus de Ieroboam dubitare vetat cap. 6. v. 10. Sed quæſtio eſt, quoto anno regni Ozia, quoto Ieroboam hic terræ motus contigerit. Arias, Ribera, & alij nonnulli contendunt hunc terræ motum, fuiſſe ante annum XV. Ozia, ob rationem ſupra allatam q. 1. num. 2. & aiunt, interregnum 13. annorum fuiſſe in Iuda, Amaſia interim vel viuente, & in in Lachis commorante, vel potius eo mortuo, antequam Ozias ad regni ſaſtigium eucleretur. Iosephum & Eusebium ſibi aduerſari fatentur quidem; at nos, inquit Ribera, veritatem & concordiam rœmur, cuius nullam habuerat rationem.

2. Veram & nos cum Iosepho & Eusebio alijsque mox citandis veritatem atque concordiam, ſed aliter propugnauimus ad 4. Reg. idque varijs quæſtionibus de annis Amaſiæ, Ozia, Iorami propoſitis & diſcuſſis, tum Iſa. 7. q. 3. nec non patulo ante q. 2. de Oſee. Quam ad rem appoſitè hunc locum interpretatur Cornelius dum itum terræ motum tribuit anno 27. & ex conſequenti Amos hęc vaticinatum anno 25. eiusdem Ozia, quo adhuc in viujs degebat Ieroboamus II. rex Iſrael. Vnde vsque ad Samariæ regniſque Iſraelitici excidium annos 70. ſupputat Iſaias cap. 7. v. 8. Et bene monet Cornelius hanc ſententiam eſſe communem Doctorum & interpretum, pura Hebræorum, S. Hieronymi, Cyrilli, Procopij, Remigij, Ruperti, Hugonis, Lyrani, Clarij & aliorum. Quod etiam Faſti Siculi tradunt.

3. Huius terræ motus meminit Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. vbi refert Oziam regem Iuda ſecundis rebus elatum, munus ſacerdotale uſurpare, & in altari thymiamatis incenſum adolere voluiſſe. cui cum ſacerdotes obſiſterent, mortem eis minarabatur. Et ecce tibi, inquit, terra vehementer conculitur, fiſſoque ſupernè templo radius Solis os regis improbum ſerit, quod è veſtigio lepra conſectum eſt. Quod eo tempore lepra fuerit infeſtus, quo ſibi functionem ſacerdotalem arrogare

Quæſt. Chron. P. 3.

22

præſu-

Auct. v. i. tas Biblica rum Lacinorum.

Sub Ozia Ios. ſ. ruit & ſub Ieroboamo.

Quando fuerit iſta terra motus.

1. Opinio.

1. Opinio.

Iſte motus terra fuit anno 27. Ozia.

præsumebat, fidem facit liber 2. Paralip. cap. 26. v. 19. Iratusque Ozias manu iheribulum, vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus, statimque a fronte eius coram sacerdotibus. Et vers. 21. Fuit igitur Ozias leprosus propter mortis suæ. Interea, ioatham filius eius rexit domum regis, & iudicabit populum, vt ibidem legimus & 4. Reg. 15. v. 5. Tunc regnare cepit ioatham huc parente suo, eratque viginti quinque annorum, & sedecim annis regnavit. 2. Paralip. 27. v. 1. subacti mortuo Azaria. Anni verò illi 27, quibus ipse perstitit regnabat ioatham, Scriptura silentio præterit, quia Chronographi sunt, sed annis 57. Ozias absorbentur.

Corollarium.

4. Hinc colligo i. communis sententiæ auctores non solum Iosephum iam S. Hieronymo iure merito assentiri, qui in cap. 14. Zachariae in cœtatur. Terra motus autem in diebus Ozia regis Iuda illius temporis tractatur, qui alio nomine Azarias dicitur, illicitum sibi sacerdotium vendicare conatus, & ius in fronte est. De quo terra motu & in Amos principio legimus. Neque habetorem vllam ab auctoribus propositam memini, quæ per suaderet eorum traditionem esse falsam, qua multis Christianorum assensum terræ motum ad annum 27. Ozia referendum putant.

Corollar. 2

5. Colligo secundo, nec Oziam lepra percussum anno 38. regni sui, sed finem anni 14. quicquid aliqui velint. Tertio, ioatham nec post mortem patris sui nec trium duntaxat annorum, quando patens eius in lepra incidit, sed anno 16. ætatis suæ patre suo leproso vitam priuam agente, palatium suscepit gubernandum. Quarto, Interregnum 13. annorum non inter Amasiam & Oziam; alias enim diceret quispiam, alijs etiam in locum regio ponendum esse aliquod subinde interuallum in enumeratione regum & Israel, quo mirum in modum Chronologiæ filum intricaret, vt de hoc argumentatur. Sufficit autem, si Anarchia 12. circiter annorum inter Amasiam & Zachariam reges Israel inseratur, serie regum Iuda nunquam interrupta.

QVÆSTIO V.

An Hebraei per annos 40. diuinis sacrificijs abstinuerint in deserto.

Hebraei aliqua sacrificia Deo obtulerunt in deserto.

1. Hoc indicare videtur Amos cap. 5. v. 25. numquid hostias & sacrificia offerstis mihi in deserto, quadraginta annis domus Israel: E conitatio verò, non nisi 40. annos fuerunt in deserto, vt suis locis probatum est, & tamen non primo Exodi ad Pentecosten, edificauit Moyses altare ad tractus montis Sinai, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque vitulum, &

P.
H. Philipp

Chronolo
vet. Testam

A 1 V
17 a